

Quaestio medic, an aetate provectis plus proposit potus quam cibus? / [Ambroise Hosty].

Contributors

Hosty, Ambrose, -approximately 1781.
Procope-Couteau, Michel Colletti, 1684-1753.
Université de Paris.

Publication/Creation

Paris : Quillau, 1749.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ms39xn9r>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



40
DEO OPTIMO MAX.

UNI ET TRINO,

VIRGINI DEI-PARÆ, ET S. LUCAE,
Orthodoxorum Medicorum Patrono.

QUÆSTIO MEDICA,

CARDINALITIIS DISPUTATIONIBUS
manè discutienda in Scholis Medicorum, die Jovis decimà-tertiâ
mensis Martii, Anno Domini M. DCC. XLIX.

M. MICHAELE PROCOPE-COUTEAUX,
Doctore Medico, Præside.

An ætate proiectis plùs profit potus quàm cibus?

I.



ENIUM, licet à Cicerone laudatum, non ab omnibus ætas grata censetur. *Mala*, ait Plautus, *merx est*, ergo illam attingere cuncti desiderant, attigisse plerique dolent. Quàm

A

pretiosa dicerentur remedia quæ eam aſcere
valent, hæc mittas quærere, in vanum la-
borabis. Naturæ legibus obtemperandum.
Non casu, non fortuitò, sed necessariò invi-
ti tacitis senescimus annis. Infantiam imme-
diatè subsequitur adolescentia, adolescentiam
pubertas, pubertatem virilitas, virilitatem
senectus vitæ hiems. Eam morari & mollem
facere poteris rectâ vivendi ratione quam
te docebit vera senectutis caufæ cognitio.
Senex onustum corpus gerit, vires relinquunt,
pernicitas deserit, languent organa, defunt
desideria. Hæc symptomata fibrarum imbe-
cillitatem arguunt.

I. I.

QUI fit ut fibræ quæ quadraginta anno-
rum spatio, alimentorum ope, ampliatæ
fuerunt & corroboratæ, debilitentur? Nùm
tritûs operam dixeris? Minimè. Nonne idem
semper adest nutritionis fons, nempè chy-
lus? Jure & meritò insimulanda est ipsa nu-
tritio. Cujuslibet organi summa vis, in cer-
tâ quâdam & æquilibratâ densitate sita est.
Organa sunt corporis humani fibræ, dilata-
tionis & contractionis capaces. Virilitatis
tempore perfectionis gradum adipiscuntur.
Utinam in eodem puncto permanere pos-
sint; verùm indeſinenter nutriuntur, hinc

mali labes. Tunc enim spissiores fiunt, nimis fluidorum impetui resistunt, minus dilatantur, minus contrahuntur, lentior fit circulatio, pauciores in glandulis cerebri procreantur & secernuntur spiritus, deperditur partium elater. Ab alilibibus igitur caveat alimoniis ætate provectus homo.

I I I.

CI BI nomine intelligimus partem, carnes, solida alimenta, licet post digestionem, in chylum vertantur & fluidorum indolem accepisse videantur, naturam non mutant. Partes salinas, oleofas, terrestres, & fibris nutriendis apprimè idoneas continent.

I V.

NON ita se habent fluida, tenuibus admodum constant moleculis, ægrè cohibentur & subsidunt, difficillimè inhærent, parùm & lentè nutriunt. Præterea quos trajiunt canales irrigant, organorum siccitati obstant, ipsorum servant agilitatem & elaterem.

V.

NO STRAS collige propositiones, & ex illis sic confice argumentum.

Senectutis causa fibrarum imbecillitas dici debet. Fibrarum imbecillitas ab ipsarum crassitie oritur, crassities soli nutritioni tribuenda est. Moderate ergo vivat qui senectutem timet; ætate proiectus solidis abstineat ali- mentis, parcat cibo, potui indulgeat,

Ergo aetate proiectis plus prodest potus quam cibus.

Proponebat Parisiis AMBROSIUS HOSTY, Hy-
berno-Tuamensis, Doctor Medicus Remensis, nec-
non Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Parisiensis
Baccalaureus, A. R. S. H. 1749, à sextâ ad me-
ridiem.